Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



210 258

ma celebramus cor oracionibus adiuuemur
Inuencione sancte crucis Introitus Nos autem Oratio
Deus qui in preclara salutifere crucis in
uencione: passionis tue miracula sublimata
sancte ecclesie ut uitalis ligni precio eterne uite suf
fragia consequamur Qui cum Ad Galathas
Fres Confido de uobis in domino iesu quod
nichil aliud sapietis Qui autem conturbat
uos portabit iudicium quicumque est ille Ego au
tem fratres si circumcisionem ~~adhuc~~ predico
quid adhuc persecucionem patior Ergo euacu
atum est scandalum crucis Vtinam et abscidan
tur qui uos conturbant Quicumque uolunt place
re in carne hi cogunt uos circumcidi: tantum
ut crucis xpi persecucionem non patiantur Neque
enim qui circumcidunturr legem custodiunt.
sed uolunt uos circumcidi ut in carne uestra
glorientur Michi autem absit gloriari nisi
in cruce domini nri iesu xpi: per quem michi mun
dus crucifixus est et ego mundo Alla
Dulce lignum dulces clauos dulcia ferens pondera que solo
sancti digna sustinere regem celorum et hominum Alla
Bonus pastor bonus qui posuit aiam suam pro ouibus suis
et pro suo grege mori dignatus est Secum Rex de deo a. IIA
cyum Erat homo exhauriens Credo Dn Off 15A
Protege domine plebem tuam per lignum sancte crucis ab
omnibus insidiis inimicorum omnium ut tibi gratam exhibea
seruitutem et acceptabile tibi fiat sacrificium nostrum
alla Te sancta dei cruc humiliter obsecramus ut tua
uirtute nrm pectus munias animas custodias cogitaciones
sanctifices per xpm iesum qui pependit unde Et secret